PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 67v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



que solum virginibus et doctoribus dantur ut
ab aliis discernantur. Ad hec ut mihi vi-
debatur respondi. Quis enim es domine
mi. Et ille Johannes inquit baptista
sum qui huc ad te descendi ut nuncia-
rem tibi hyeronimi gloriam quatinus
ipsam gentibus nuncies. Hoc enim noueris
quia honor et reuerencia que singulis sanctorum
exhibetur. ceteris omnibus exhibetur.
ne putes ut in celo sit aliqua inuidia
ut in mundo. Sicut enim in mundo quilibet
hominum ceteris preesse pocius uellet quam sub-
esse. Ita in celo propter caritatem ineffabilem
qua se inuicem diligunt beatum animam. Quilibet
sanctorum ita alterius gaudet sicut sua. quin
et uellet quisque maior sibi esset equalis
et pene maior quia gloria esset sua. Ita mi-
nor maioris gloria gaudet sicuti eam
haberet. nec uellet eam habere ut ille
non haberet. quin pocius de sua si fas esset
impartiret. Vnde gloria singulorum est
gloria cunctorum. et gloria cunctorum est
gloria singlorum. Hiis dictis societas
omnis illa discessit et experge factos
ita a somno tantos in me subito sensi
caritatis ardores quantos in me umquam sense-
ram. Nam deinceps hattenus numquam
aliqualis in me uel inuidie uel superbie